

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp Benedikt Figm

Descensus Christi Ad Inferos

Rostochii: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740004271>

Druck Freier  Zugang



Ru Med 1654.
Anistorp, Johanna
Katt. Fjigke (2), Branden





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740004271/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740004271/phys_0002)

DFG

DESCENSVS
CHRISTI
AD INFEROS

Sub auspicio DEI,

Consensu Veneranda Facultatis Theologice

& PRÆSIDIO

MAGNIFICI DN. RECTORIS

VIRI pl. Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi,

DN. JOHANNIS QUISTORPII

S.S. Theologiae Doctoris, Professoris cele-
berrimi & Templi Jacobæi Pastoris
dignissimi,

Dn. Præceptoris, Hospitis & Fautoris
summopere colendi,

IN ALMA ROSTOCHIENSUM ACADEMIAM

Placido Eruditorum Examini

publicè subjectus

ab

AUTHORE RESPONDENTE

BENEDICTO FIGKEN,

Dantiscano.

Mens. Maj. ANNO M. DC. LIV.

In Auditorio Magno horis matutinis.

os(0)90

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

PARI
VIROVM maximè conspicuorum
IN ACADEMIA EQUESTRI DANICA,
SORA

VIRO pl. Reverendo, Excellentissimo, Clarissimo
DN. GEORGIO WITZLEBIO,
SS. Theologiae Doctori, & Professori P.
IN CIVITATE HAFNIENSI,
VIRO Amplissimo, Consultissimo
DN. JOHANNI NICOLAO
LUNDIO, COSS. benè merito,
Affinibus & Patronis summoperè colendis. S.

Hospiti nuper in AUGUSTISSIMA DANIA Vestra qualia quantaq; hu-
manitatis cuiusvis generamibi exhibita fuerint, sum à VOBIS, VIRI MA-
GNI, Affines colendi, cum & reliquis Affinibus meis ibidem pariter colendis
præsertim magno illo SORÆ ACADEMIÆ Lumine, D. ERNSTIO,
Regia ALLÆ HAFNIENSIS Theologo, M. BREMERO & Ecclesiæ Germanica Petrie
na ibidem eloquentissimo Myſtâ M. PFEIFFIO, non jam charta rationem habens
singulatim perstringo. Quod tamen nisi injuria faceri posset, beli lobister saltem & bre-
viter hic attingo, nempe parime ab OMNIBVS effectu eodq; plane singularissimo amas-
sum fuisse. Ut ingenue hoc expendens, plurima me OMNIBVS sex aquo etiam debe-
re fatear, emò profitear aeternum capropter Debitorum fore. Nam tamen, ut licuit, ex
parte solvere debitum belo, nec OMNIBVS, quia non OMNIBVS sufficere precium hoc mes-
um exile puto, sed quemadmodum ita facere solent, qui oblati nimis, quando aliquid
aris sudore multo & labore lucrati sunt, poteribus tdsuis Creditoribus & quibusdam
saltem expendunt; ita Ego etiam aliqualem saltem nactus occasionem grata mentie
officium declarandi, non OMNIBVS, QVIBVS DAM tamen id extare jam paro. Se
capropter VOS, Mei Affines, multis nominibus suspiciendi mibi jam compellandi estis, ignos-
citur tamen, licetne forsitan pulsanti fores vestras, & si domi mibi estis, aperite quas
so humanius; quin causam etiam cognoscise, cur Vestras pra' aliis, fores pulsem, quod
aliquo peccati aut humanitatu genere pra' ceteris me VOBIS obstrictum teneatis, dum gratus
sum HOSPITIVM VTRIQUE in Edibus Vestris, Tu quidem, Excellentiss. Dn.
D. WITZELBII, SORÆ per officium, Tu, VIR Amplissime Dn. LUNDI, HAFNIÆ
per quadrantem Anni partem scabissime exhibuisti. Hoc ergo præprimis vestrum Beneficium
genus si non omne, tali, quod misito, chartaceo Munusculo hæc vice recompensatum esto.
Quod restat in id allaborabo semper, ut que plura in me Beneficia vestra recompensa-
nda superstant, una cum reliquo istis à VLRIS magni nominis supra dictu pleno modo mi-
bi concessis, etiam aliquando beli beli alio modo recompensem. Interim hoc à me certò
fuerare, & quod fecisti ante, me vestro jam etiam, & imposterum semper labore & amore pro-
sequi, obnix et ergo, ergo. Valete, Dabam Rostochi, Anno M. DC. LIV. d. 1. Maij
V.V. Excell. & Amplit. observant S.

DE DESCENSU CHRISTI AD INFEROS.

I. N. J.

THESIS I.



Rimò equidem in pertractione
hujus Quæstionis, de DESCENSU CHRI-
STI AD INFEROS, ne fundamento ca-
reamus, inq; hoc Labyrintho Theologico, filo
quodam Ariadnæo destituti oberremus,
Principium videndum, ex quo postea in hac
Quæstione infallibiliter concludere possumus.
Cum vero Principium communiter duplex
detur & in Philosophicis & Theologicis, (consule Excellentiss. Dn-
D. Mauriti Præceptoris honorandi, Exerc. Proæmial. in F. Conc. nuper de-
num editam S. 1.) & Apodicum & Dialecticum, tale etiam du-
plex nempe, & Apodicum & Dialecticum jàm in hac quæst. ad-
mittimus: Principium quidem Apodicum, solam Scripturam S. Cano-
nicam; Dialecticum, totam Antiquitatem; quo spectat Symbolum
Apostolicum, Symbolum Nicænum, Athanasianum, Aug. Confes-
sio invariata, totusq; adeo liber Concordia, nec non Icripta Pa-
trum, Lutheri, Philippi, &c.

Th. 2. Quoad distinctam horum principiorum, quam obtinent
in conclusione omnium rerum, præsertim Theologicarum autoritaté,
notetur: quod probatur ex principio Apodicico, irresistibiliter acci-
piendum est, quod ex principio Dialecticico non item. Non enim gi-
gnit hoc veritatem rei, sed conclusionem saltem eamq; probabilem,
opinabilem, adeoq; semper Judicem superiorem se agnoscit, in Theo-
logicis quidem Spiritum S. qui ab solutus est Judex & absolute authen-
ticus in & prescripturas loquens. Proinde semper insonet auribus
nostris hoc Clementis Alexandrini: Nos Christiani & Ἰην εἰς αὐθεώτων
ἀναμένομεν καρπουσίαν: ἀλλὰ τῇ δὲ κυρίᾳ Φωνῇ πειθόμεθα ἐξ
Ἐμβούτῳ.

A

Th. 3

Th. 3. Posito v. Principio Apodictico nostræ Quest. Scripturâ S. inquirenda jam venit propria sedes hujus Questionis in Scripturâ. Unde verus sensus ejus postea nobis, tanquam ex vero, absolutè vero principio innotescat. Varii vero varias hic faciunt sedes proprias etiam. Quare in diversitate hac citandorum dictorum Scripturæ, Distinctiones observande, ex quibus Regula deinde formetur, quæ ducat nos ad vera & genuina scripturæ loca, ab aliis minus propriis deducat. Sit ergo Distinctio I. Descensus alius in scriptura datur impiorum, alias Sanctorum, alias CHRISTI. Impiorum descensus notatur plerumq; in scripturis (1.) per tentationum molem, sub quâ premuntur & opprimuntur Impii. Talis occurrit Psalm. CXLIII. 7 & LXXXVII. 5. Expressè in illis dictis habetur Vox יְהִי רָצֵחַ שָׁאֵל Descendentibus. (2.) per mori sed damnate. Sic Job. c. XX I. 13. בְּתַחַן Descendet in sepulchrum habet Vulgata: Luther. Erschrecken für der Hölle. Sed Radix est significat proprie descendere v. Buxtorf. in Lex: confer. Proverb. V. 5. Piorum descensus exhibetur in Scripturâ (1.) per tentationum molem, sub quâ premuntur, non opprimuntur pii, ut Psal. XXX. 4. (2.) per mori sed beate, ut Genes. XXXVII. 35. confer. Job. XVII. 15. CHRISTI descensus meminit Scriptura variis in locis, sed neque uno modo. Quare II. Distinctio sit: Descensus CHRISTI alius est Metaphoricus, alias verus, realis. Ille est descensus passionis, & status totus exanitionis Psal. XVIII. 5. Psal. LXXXVI. 13. Alter descensus CHRISTI variat. Hinc III. Distinctio exsurgit: Descensus CHRISTI verus, realis, alias mundanus, alias extramundanus. Mundanus habetur Joh. IV. 49. & alibi. Extramundanus est descensus ille triumphi & victoriae, quem CHRISTUS realiter & praesentialiter in ipso inferno egit, de quo hic etiam nobis jam sermo. Extramundanum, nota, dixit B. Lutherus in concione suâ habitâ Torgæ, quæ exstat Tom. 6. Jenens. Germ. Unde illam appellationem hic mutuavi. Fiat ex datis tribus distinctionibus Regula: Non ergo talia loca quoad proposiram Quest. adducenda sunt, quæ (1.) tentationes varias vel piorum, vel (2.) impiorum (3.) mori vel damnate, vel (4.) beate per descensus vocabulum significant (5.) nec quæ Metaphoricum descensum CHRISTI proponunt (6.) nec

verum

verum descensum mundanum CHRISTI exhibent, sed quæ CHRISTI descensum verum extramundanum sистunt. &c.

Th. 4. His limitibus datis, rejicimus statim loca S. Script. non propriè & de hoc descensu CHRISTI agentia, quæ tamen passim ab Adversariis & aliis quandoq; in hanc rem citantur. Sic falsa sunt loca quæ Rufinus Aquileiensis passim habet Psal. XXII. v. 16. Pulvis enim mortis denotat ipsam ibi mortem, Psal. XXX, 10. Descendere in foream, nihil aliud significat, quam mori: Lutherus: Wann ich Todt bin. Psal. LXIX. 3. Limus profundi notat tentationes Davidis. Matth. XI 3, de Johanne agitur ad CHRISTUM mittente, nihil de descensu CHRISTI. Bellarminus de Christ l. 4. c. 12. citat Psal. CVII. 16. sed sensum litteralem ejus dicti esse de liberatione ex Aegypto concedit ipse l. c. Eccles. XXIV. 45. Similiter refutationem ipse habet Bellar. l. c. quia hic liber non est Canonicus 2. quia hæc verba non habentur in Græco textu. Matth. XII 40. Per Cor terræ non infernus, sed sepulchrum indigitatur. Rom. X. 7. Optimè de sepulchro abyssus ibi explicatur, vel de morte, ut Lyranus etiam explicat. Plura loca incommoda etiam ad hunc descensum CHRISTI recitat Vigor Sorbonicus, citatus à Chamier. Tom. 2. l. 5. de Descr. Chr. ad Inf. Psal. XXX. 4. Sed hic gravissima pericula & tentationes intelliguntur, & ex iis eruptio. Psal. XLIX. 16. Locus est de Metaphorico CHRISTI descensu intelligendus. Psal. LXXXVI. 13. idem de Metaphor. descr. Chr. intelligendus. Psal. LXXXIX. 49. Per manum inferni intelligitur sepulchrum s. mors. Psal. LXXXVIII Locus de temptationibus Davidis intelligendus. Psal. XXIV. 7. Hic locus cur sit citatus (merito cum Chamier. d. l. c. 4. n. 20. dico) vix intelligere possum, nisi ob fabulam quandam histrionicam, quam in Dominicâ Palmarum Papistæ ludunt, v. Chamier. l. c. Quid hæc v. ad descensum CHRISTI? Ephes. IV. 8. Captivitas hic est, spiritualis illa Captivitas, in qua non solum Patres, sed totum genus humanum detentum fuit sub reatu peccati, mortis & Diaboli. Zachar. IX. 11. Lacus hic, status est damnationis, iræ, maledictionis divinæ. Vide sis hunc locum egregie à corruptelis vindicantē Virum magnum Dn. D. Dorscheum, Theolog. Zackariana nuper recusa & altera parte locupletata Diss. 5. part. 1. c. 7. sect. 4. in initio statim. Et hæc loca fere omnia, quæ impertinenter à quibusdam de Descensu CHRISTI ad inferos explicantur, nec nisi eo rapiuntur, sensu sane alieno & Regulæ ante datæ plane adverso.

A. 2

Th. 5

Th. 5. Nunc de his quoq; locis agendum eset, quæ alias ab ipsis
etiam nostris Theologis orthodoxis citantur; eo, quod per conse-
quentiam quandam descensum CHRISTI ad inferos nobis adum-
brent. Sed forte ea citasæ sufficiet, cum nobis τὸ πῆδινον potissimum
& ἐμπίκριτον CHRISTI in hoc descensu suo decantatum urgenti-
bus, nihil hic operis vel probationis in hac materia conferent. Præterea
quomodo ea loca de descensu Christi ad inf. agant vel non agant, videlicet
uberius poscit Dn. D. Hutterus in F. C. art. 9. qv. i in fine fere, vel ipsi
etiam, qui ea citant, cum plerumq; proprium alienum in istis de hoc
descensu Christi sensum admittant. Loca illa sunt, Psal. XVI. 9. Act.
II. 27. Psal. LXIX. 19. Coloss. 2. c. V. 15. 1. Pet. III. 18. Sed hanc quæst.
nunc non faciemus nostram.

Th. 6. Nos interim in hac quæst. cum D. Huttero l. c. τὸ πῆδινον
vel ἐμπίκριτον Christi urgentes, relictis aliis, & plane illis à Rufino,
Bellarmino, Vigore citatis, rejectis, proprieτάτες τὸ πῆδινον vel τὴν
ἐμπίκριτον duo saltem Loca scripture hac vice agnoscemus; Locum ex
Hosea XIII. 14. פָּרַע שָׁאֹל אֶפְרַיִם אֲגָאֵל מִפְּתָוחַת אֶחָדָה רְבִירָה
Civitatis αὐτοῦ οὐκ εἰσέβαλλε μετὰ τῶν οὐκετῶν τοῦ περιπέτερου
μεταβασίας τοῦ περιπέτερου περιπέτερον τοῦ περιπέτερου τοῦ περιπέτερου
Ε manu inferni redimam eos, à morte redi-
mam eos: ero pestis Tua mors, ero excisio tua inferne. Ar. Montanus. Vulgata
Latina habet: De manu mortis liberabo eos: ero mors tua à mors, morsus tuus,
ero inferne. B. Lutherus: Aber Ich wil sie erlösen aus der Hölle/ Zede
Ich wil dir ein Gifft seyn/ Hölle ich wil dir eine Pestilenz seyn/ Lo-
cum etiam ad Ephes. IV. 9. 10. τὸ δὲ ἀνέβη τὸ ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κα-
τέβη περῶν, εἰς τὸ κατώπευτον μέρη τῆς γῆς ὡς καταβὰς αὐτὸς ἐστι
καὶ ὡς αὐτοῦ ὑπεράνω πάντα τῶν ἔχοντων ίδε πληγῶν τὸ πόνον τοντον.
Quod autem ascendit, quid est, si non quia εἰ descendit primum in in-
feriores partes terræ, ille descendens, ipse est & adscendens super omnes
caelos, ut adimpleret omnia. Arias Mont. Vulgata, pro si non habet
nisi, pro: ille descendens, adscendens: qui descendit, qui adscendit...
Coincidit in aliis. Lutherus: Das Er aber aufgesfahren ist/ was
ist? denn das Er ist zu vor hinunter gefahren in die unteren Orte der
Erden? der hinunter gefahren ist, das ist bershle, der aufgesfahren ist
über alle Himmel auf das Er alles erfüllt.

Th. 7. Et prius quidem testimonium ex Hosea desumptum,
propriè, primo ac principaliter de triumpho, quem Christus egit in
inferno

inferno, s. de *ēmīniō* agere probamus 1. quia expressè Propheta
inferni meminit **לִנְשׁ**: quam vocem nolle per propriè dictum infer-
num intelligere, sed vel per sepulchrum, aut mortem, quia mortis vox
præcesserat, est turpis & otiosæ **βαθόλογίας** vitium Spiritui S. impin-
gere. V. D. Hutter. F. c. l. c. Subjectum ergo quo, per vocem **לִנְשׁ** &
subjectum *quod*, in quo loco & in quem triumphatus sit Christus,
Propheta explicat: primum quidem, nempe subj. *quo*, quia expressè
excisionis inferni, **שָׂאֵל קְטוּבָה**, meminit. Ubi excisionem veram
præsentialem Christi intelligere necesse est: non metaphoricam aut
altem quandam per effectus veros, reales, præsentes, sed maxime per
causam realem veram, præsentem, factam, nempe per ipsam præsentiam
Christi, per descensum ejusdem verum realem. Nam & perditionis
mortis veræ realis & per præsentiam Christi factæ meminit ibidem
Apostolus: alterum subjectum *quod* Propheta ibi notat, quia excisa-
nem *inferno* minatur, per quem propriè dictum infernum intelligi,
ante probatum est. 2. idem probamus ratione. Nam certè tale
ēmīniō, quale hic à Propheta describitur, non in statu Exinanitio-
nis, non in cruce, morte, sepulturâ Christi decantatum, quia tunc pro-
fundissima durabat infirmitas, & potius Diabolus, s. *Infernus* carmen
triumphale canere de Christo videbatur, quam Christus de Diabolo, s.
inferno. Decantatum ergo necesse est asseramus post sepulturam, quan-
do vero? nisi in descensu illo Christi ad Inferos.

Th. 8. Nec obstat nobis Locus Pauli I. Corinth. XV. 54. 55. qui
ēmīniō tale in nostrâ resurrectione; cum **τὸ Φαρετὸν τὸ τὸ εὐδύνην**
αὐθαρσίαν &c. implendum dicit: non in descensu Christi ad inferos.
Nam iisdem verbis hoc *ēmīniō* ex Hoseâ desumptum apud Aposto-
lum apparet: saltem quod verba interrogative ibi posita reperiantur,
qua in Hoseâ non interrogative posita reperiuntur. Id factum assertit
Glaßius P' ilol. sacr. l. 5. tratt. 1. c. 7. pag. edit. veteris 147. ex versione L X X
Interpr. & ex diverso significatu vocis **וְאַתָּה** qvod interdum, ut ver-
bum futurum accipitur, interdum ut Adverbium loci. Si ergo iisdem
verbis apud Apostolum reperitur, qibus apud Hoseam proposi-
tum est *ēmīniō*, Hoseas vero de Christo hoc intelligi velit, cum Deus
in Persona sua & de Persona suâ loquitur ibidem per Prophetam,
non in aut de aliqua Personâ hominis, ut ex contextu patet, & poste-

ex eodem probabitur, liquet certò, *et in vino* hoc de Christo etiam apud Paulum intelligendum esse, quanquam ad resurrectionem nostram applicet. Nam nos sumus Christi membra. Quicquid ergo de capite Christo dicitur, illud applicatoriè etiam de nobis, & quicquid applicatoriè de nobis, illud jure merito, & proprie de Christo, tanquam capite.

Th. 9. Accedimus ad dictum N. T. Ephes. IV. 9. 10. Hic maximè *τὸ πνεῦμα urgētūs*, descensum, & descendū etiam, ut Apostolus loquitur, *ἐις τὰ κατώπερα μέρη τῆς γῆς in inferiores partes Terræ.* Benè Theophylactus in h.l. de Deo cum dicitur, quod ascenderit, necessario est primum descendū intelligere. De hominibus autem secus est. Quò autem descendit, *AD INFEROS.* Hos enim infimas terræ partes appellat *juxta communem opinionem & intellectum.* Obj. inferiores partes terræ significare infimas partes mundi, id est terram s. hanc vitæ conditionem nostram, quam Calvinus, Bezae, Marlorati adeoq; suam etiam esse sententiam assertit Chamier Panstrat. Tom. 2. l. 5. c. 6. n. 5. Resp. Apostolus infimum quid per inferiores terræ partes indigitare voluit, ut merito Chrysostomus hic: *μή αὐτοὶ εἰσιν επεργοί, post quae non sunt alia;* & Theophylactus: *Descendit igitur ad infimas partes, post quas non est aliud quid:* At tota Terra non est infimum, sed partes quædam ejus inferiores: quare dicit & Apostolus; *ad inferiores partes Terræ.* Hæ vero non nisi Inferi, qui sunt inferiorum infimum, *juxta communem opinionem & intellectum,* ut Theophylactus ante dixerat.

Th. 10. Hisce ex sacra scriptura præsuppositis: falsam compemimus sententiam Johannis Duns Scoti, qui negavit ex scripturâ haberi hunc Descensum Chr. ad inferos, item Andrii l. 2. de defens. Concil. Trident. qui non posse omnino hunc articulum de Desc. Chr. ad inferos ex Scripturis colligi asseruit. Contrarium sic satis docent priora duo Loca ex Scr. Hos. XIII. & Eph. IV.

Th. 11. Et tantum satis de principio Apodictico nostræ Questionis propositæ. Nunc paucis *Principium Dialecticum* etiam hujus Quest. delibemus, & præprimis hoc pertinens *symbolum Apostolicum.* De Patribus Ecclesiæ vetustæ, non opus ut multa verba faciamus, illorum sententia in ipsa tract. quest. clarior evadet.

Hic

Hic ergo saltem oculos mentis in Symbolum Apostolicum intendamus, quod siquidem Descensum Christi ad inferos, his verbis exhibet: descendit ad inferna. Quæst. I. an sufficiat authoritas Symboli hujus Apostolici ad probandum verum descensum CHRISTI extramundanum, si vel maxime ex prioribus datis scripturæ locis vel aliis probari non posset? Eam quæstionem fuse satis pertractavit Dn. D. Cramerus, jure Avus mihi summo cum honore nominandus, cuius familiæ insertum gloriae mihi dueo, in Tract. suo de Desc. Chr. ad Infer. part. I. c. 3. qv. I. Breviter tamen nos ad eam Resp. negando, idq; ideo, quia non omnino constat an ab Apostolis in mundum eun-
tibus compositum sit. Si quidem hoc certo constaret, ejusdem cum Scripturâ S. authoritatis esset, & ita in hujus testimonio, licet alia non suppeterent Loca scripturæ, acquiescendum foret. Interim ut dictum prius dubitatur. Neq; enim vestigia illa de elementis do-
ctrinæ Christianæ propositis ab Apostolis ad Hebr. V. 12 c. Luc. I. 3. id satis evincunt, manet interim pariter in dubio, an hoc Symbo-
lum eadem elementa fuerint, quorum meminuit scriptura. Quæst. II.
quomodo ista verba Symboli ita dicti Apostolici in eodem posita sint, an
per suppositionem, ut existimat Erasmus in Catechesi sua, & suspicatur à Thoma Aquinate Symbolo inserta fuisse. Sed contrarium do-
cent testes Chrysostomus & Cyrillus ab Huttero in F.C. art. 9. citati. Hi
longe ante Thomam vixerunt, iste quidem seculo quarto hic seculo
V. (Thomas vero vixit seculo XIII.) & tamen hæc verba in explica-
tione Symboli hujus appositorahabent Chrys. Homil. 2. de Symb. Cyril. in
Catech. I. 14. Sunt tamen plurimi quibus persuasum, olim verba illa
non fuisse in dicto Symbolo. V. Calvin. I. 2. c. 16. §. 8. & Ruffin. Et
neque Irenæus I. 1. c. 2 neg. Tertullianus contra Praxeam, neg. Origenes
initio της αρχων, dum regulas fidei recitant, neque Augustin. I. de
fide & Symbol. eadem verba, vel articulum ejusmodi verbis vel aliis
contentum habent, quod observavit Chamier. Tom. 2. Panstr. I. 5. c. 1.
Observavit tamen idem I. c. intermedium hic apparere Eustachium à S.
Paulo part. 2. tr. 2. disp. 6. qu. 2. Quæ Symboli particula inquit licet olim
non legeretur in Symbolo apud omnes Ecclesiæ, APUD ALIAS ta-
men semper fuit usurpata. Quod itaq; ea verba apud plurimas Ec-
clesias aut potius plurimarum Ecclesiarum Antistites, quos Patres ho-
die appellamus, omissa sint vel in ipso Symbolo hoc Apostolico, aut
aliis fidei capitibus, ratio in promptu est, quia plurimi, in eo versati
sunt

sunt errore, tamen descendere ad inferos idem esse, quod sepeliri aut mortuum esse: cum itaque proxime praecesserint verba in Symbolo, qui mortuus & sepultus est, putarunt, haec verbā descendit ad inferna, ut idem sonantia, omitti posse. V. Ruffinus: qui implicitè contineri hunc articulum in articulo de sepultura dixit v. Bellar. l. 4. de Chr. an. c. 6. Quæst. III. Cur in Symbolo Nycæno utpote Symboli Apostolici q̄s. exeges. eadem verba non habeantur. Responderi posset, quia eo tempore nulla de eo mota quæstio fuit. Interim non negatum fuisse hunc Articulum, constat ex Eusebio, tunc præsente inter reliquos conscriptos Patres. Is enim eundem habet ut Dr. D. Botlaccus, Affinis meus & Praeceptor summopere colendus annotavit nuper in defensione sua contra Crocium editâ Lips. in Argum. 18. p. 397. Ubi pluribus etiam exponit cur verba illa in hoc Symbolo Nicæno omissa. Quorsum B. L. referri cupio. Ultima Quæstio & numero IV. esse potest, qui sensus horum verborum: descendit ad inferna, in Symbolo Apost. Diversis vero diversa hic mens. Calviniani explicant per sepeliri, funerari adeoque & antecedentis; sepultus est, tamen descendit ad inferos meram esse repetitionem, vim eandem in se continentem, ut Drusius etiam scribit annot in N. T. Matth. XX. 12. Ibdemque provocat ad testem Rufinum aliasq; annotationes suas in Genes. Verum nos ejusmodi βατηλογιαν & μυτολογιαν. in compendiariis his fidei capitibus, Symbolo Apostolico contentis, fugientes, verum descensum Christi ad inferos, prout postea explicabitur, contineri indubitate asserimus. Vide hic Hutter. iu form. Concord. artic. 9.

Th. 12. Dialectico principio quæstionis nostræ ut attribuimus hactenus Symbolum Apostol. sic etiam Athanasianum, quod his verbis articulum hunc exprimit: qui passus est pro nostra salute, descendit ad inferos: item August. Confessionem quæ ita recitat hunc articulum: Idem descendit ad inferos. tandem & Formulam Concord: satis enim nobis esse debet, si sciamus Christum ad inferos descendisse &c. Et sic etiam in Principio hoc Dialectico nostræ quæstionis determinato, acquiescimus.

Th. 13. Appendicis loco ad doctrinam de principiis hujus Quæst. Consecutarium tale ex propositis ponimus; nempe quia de Christi ad inferos descensu diserta existant in Litteris S. testimonia, ut visum, præterea

præterea inter reliquos fidei articulos expressè nominatur in Symbolo Apostol. Athanasiano, & reliquis Libris nostris Symbolicis, quod indubitate desensum Christi ad inferos Articulum fidei facere jani sit necesse. Si vero queratur: *an purum* facere sit necesse, *an mixtum* Articulum fidei, ex distinctione suppeditatà à Dn. D. Calovio, Præceptore quondam Gedani honorando, in institut. suis p. 195. *Resp. purum.* Puri enim, Viro isti de Ecclesiâ Christi bene merito, dicuntur, qui ex solo Dei verbo petuntur: *mixti*, qui ex ratione quandoq; constare possunt, creduntur tamen solum quia in Scripturis habentur. Probo assertum meum, quia Ratio Personam Christi non intelligit. E. neq; actiones Christi, inter quas tamen numerandus descensus Christi ad inferos. Ulterius si queratur, *an fundamentalis dicendus hic articulus, an non fundamentalis?* respondemus fundamentalem dicendum, cum distinctione tamen, ex eodem D. Calovio p. 196. peritā, inter articulum fidei fundamentalem primarium, & secundarium. Secundarium fundamentalem hunc Articulum de Desc. Chr. dicimus, cuius ignorantia non statim officit. Sic offecisse ignorantiam simplicē hujus articuli quis diceret, iis, qui solius Symboli Nicæni capita fidei tenuerunt, aut solius Romani, (in quo hunc articulum non haberi testatur Ruffinus) aut in Orientis Ecclesiis vixerunt, in quibus etiam hanc particulam: descendit ad inferos, non usurpatam testatur Rufinus. *Manet* interim fundamentalem hunc esse articulum, quia S. Scriptura expressis eum habet verbis. Et certum sit, ut D. Brochmanni, verbis utar, *Systh. Theol. de Servat. Chr. sed. 14. qv. 1. non tam dubitatum esse in priscâ Ecclesiâ de Articuli hujus veritate, quam genuino ejus usu.* Usus itaq; dum ignorabatur, forte non omnibus à Patribus dictis hic articulus ad credendum propositus. *Manet etiam*, nostro tempore, ubi de usu jam constat, certò ad credendum cuilibet propoundendum esse; ad exemplum etiam *Jude Thaddæi*, qui hunc articulum Edessenorum Regi credendum proposuit, ut *Eusebius* refert. *l. 1. Hist. Eccles. cap. ult. Ignatii*, qui hunc articulum inter reliqua capita fidei credendum exhibet in *Epistola ad Magnesianos*, quæ est inter 7. illas, quarum meminit *Eusebius l. 3. Hist. Justini in Decalogo cum Tryphone Judeo, Irenæi l. 1. advers. Hæres. c. 8. Manet etiam*, qui eum negat, vel evertit, aut alter, quam in Script. S & libris Symbolicis nobis proponitur, proponit heterodoxias, hæreseos, vel Schismatis nomen incurrat, adeoq; socius Augustan. Confess. & Lutheranæ orthodoxias esse non possit. *Quod quo-*

B

quoad Calvinianos s. Reformatos bene evicit Dn. D. Botfaccus contra Crocium in defensione, argum. 18. p. 395. 396. Nos in haec tenus dictis & datis principiorum quæstionis nostræ thesibus subsistimus, ad rem ipsam nos acriter accingentes, totamq; adeo quæstionem in sejam considerandam 1. quoad terminos ejus tam simplices, quam compositos, 2. quoad legitimum ejusdem usum.

Th. 14. De terminis Quæstionis prior nobis erit Tractatio, & jam de terminis simplicibus primum. Tres autem termini simplices in hac quæstione exponendi 1. Terminus *Quis* 2. Terminus *Quid*, 3. Terminus *Quò* s. *quorsum*. Possemus ex noto Versiculo:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando,
Septem terminorū considerationem circā hanc quæstionem instituere, sed cum quæstio proposita saltem tres κτις τὸ πητὸν terminos antē dictos in se contineat, in trinm horum explicatione saltem ex professo desudabimus. Terminum interim *quibus auxiliis* in termino, *Quis*, pértraetatur breviter, ubi Christum solū descendisse probabimus: Terminum, *cur*, in posteriori, de usu, Tractatione: Terminum; *Quomodo*, in Term. *Quid*, cum descensum Christi triumphalem demonstrabimus: Terminum; *Quando*, etiam in termino *Quid*, ubi momentaneus Christi descensus adstruetur. Est itaq; primo considerandus in hac Quæstione Terminus *Quis*. Hic recurrimus ad Loca Scripturæ superius citata duo illa, ex Hoseâ, & ex Epistolâ Pauli ad Ephesios. Terminum *Quis*, locus primus ex Hoseâ exponit in personâ loquente & dicente זֶה נָתַן redimam, יְהִי ero. Loco secundg, in vocib⁹ ἀνέβη, κατέβη, ὃ κατεβασ αὐτὶς εἰσάβας. Hic jam quæritur, quæ Persona sit loquens apud Hoseam, quæ etiam Persona adscendens & descendens apud Apostolum. Primo, in Hoseâ loco, loquentem comperimus Prophetam, non vero de se sed alio. *Quis* jam hic sit, versus præcedens 4. explicat זֶה נָתַן. Et ego Dominus Deus tuus. Loquitur ergo hic Deus de se, Deus trinus in Personâ. De quæ vero Personâ propriè intelligendum sit illud, quod futurum Propheta afferit, facile colligitur, nempe de Christo, in quod quilibet consentit, cui penitus mediatorum Christi officium perspectum est. Præterea expresè & luculenter probat dictum I. Corinth. XV. 54. cuius enim Victoria meminit p. 54. ejus authorem dicit postea Christum v. 58. Secundo, quis sit descendens & adscendens,

de

de quo loquitur Apostolus in Epist. suâ ad Ephes. facile ex antecedentibus & consequentibus textûs elicetur. Nam (1.) clare præcedente versu meminit Christi, ad quem postea applicat dictum Psalm. LXVIII. 19. dicens ἀναβὰς εἰς τὸ ψαυτόν. Lutherus : Er ist aufgesehren / nempe Christus. Sic pergit de eâdem personâ dicens v. 9. τὸ δέ ἀνεβη &c. Porro (2.) sequens Versus n. de eodem affirmat, qui antè adscendere & descendere dictus fuerat: αὐτὸς ἐδωκε τὰς μὲν διανοήσεις &c. Ille ergo descendit qui quosdam Apostolos &c. dedit. Quis ille vero, nisi Christus? Ad oculum ergo patet de Christo hæc intelligenda verba, ἀνεβη, κατεβη &c.

Th. 15. At hic I. Questio moveri potest, cum dictum sit, Loca ista descensum ad inferos verè de Christo assérere, an de toto Christo eum assérant, Deo & hominie, corpore & animâ? Sane hæc omnium nobilissima hic controversia est, & præ cæteris ardua. De quâ (1.) qui non disputandum censem, & sufficere putant, novisse saltem subiectum quod, vel denominationis, non vero etiam subiectum quo, vel informationis, i.e. novisse saltem, quod Christus descenderit, non vero etiam, an totus Christus, & Christus secundum corpus & animam descenderit. Illi ipsi S. Litterarum investigationem tollunt, adeoq; injuriam ipsis S. Litteris inferunt. Videndum enim, inquirendum in S. Litteris, an certum quid hic invenire liceat de Christo ejusq; descensu; num videlicet is de Christo toto, vel parte saltem in ipsis assératur, & si Scriptura hic quid determinat, definit, utiq; id etiam simpliciter credendum & tenendum est. Iterum ergo evolvamus Loca dicta Scripturæ, quæ nobis semper antè oculos posita sint, videamus quomodo illa Christum nobis considerandum exhibeant. Hoseas Propheta Christi quidem expresse non meminit: interpretem tamen suum habet Apostolum I. Corinth. XV. v. 54. 58. qui clare de Christo loquens & applicans hoc ad Christum, ut ante probatum thes. 14. ostendit in verbis suis intelligere se Christum θεάνθρωπον, adeoq; totum corpore & animâ. Dicit enim ibidem victoriam per Christum super mortem & infernum nos acquisivisse. Quæro jam, quomodo nobis per Christum acquisiverimus victoriam, anne per solam Deitatem, an solam humanitatem? Horum quicquid affirmaveris, vide ne Nestorianus fias, Naturas in Christo divellens: quæro ulterius, an per Christum solum anima, parte unâ hominis constan-

etem, an vero utraq; corpore & animâ? Posterius si concedis habemus quod volumus; sin prius, distinctivè formabis propositionem quam Apostolus indistinctivè formavit, partem victoriae de parte Christi prædicabis, & unam saltem de parte Christi, alteram partem, nempe partem victoriae de morte, de toto Christo; cum tamen simpliciter ibi Apostolus totum de toto prædicet, totam Victoriae de toto Christo. Et in hac parte in clarissimâ litterâ Scripturæ persistere tutissimum est. Quare ex clarâ litterâ Scripturæ jam argumentor: Quodcunq; de toto prædicatur, prædicatur etiam de qualibet ejus parte. Victoria de morte & inferno prædicatur in hoc loco Apostoli de toto Christo, Deo & homine eoq; corpore & animâ constante. E. Victoria de morte & inferno prædicatur, in hoc loco de qualibet parte Christi Dei & hominis ejusq; corpore & animâ. Major omnium censu verissima erit. Minor in Apostoli verbis fundatur, ut ex dictis constabit sagaci cuivis lectori. Unde fusius chartæ rationem habentes eo deducere, supersedemus; Unicum hoc contra quemvis hic adversarium nobis, urgentes adhuc. Si vel hominem Christum, etiam secundum aliquam saltem partem, animam descendisse afferat aliquis, totum hominem Christum descendisse, negare necesse habeat. Nam sola anima hominis Christus constans, non est Homo. Requiruntur enim ad constitutionem Hominis duæ partes essentiales, Anima & corpus, ut ex Philosophicis jam etiam notum esse debebat.

Th. 16. Locus ad Epheseos Pauli citra dubium Christum. Θεόν θεων adeoq; totum nobis fiscit. Nam (1.) loquitur Apostolus ibi de Christo incarnato non demum incarnando. Incarnatus autem Christus constat divina & humana Natura inter se hypostaticè junctis. E. de toto Christo Apostolus ibi loquitur. Loquitur etiam de toto Homine Christo, corpore & anima constante. Nam alias planè non de homine Christo loqueretur. v. thesin precedent. (2.) Dicit Apostolus, ὅντας τὸν θεόν αὐτὸν ἐστιν ὁ ἀνθρώπος. Argumentor propositione conversâ. Ipse qui adscendit, descendit. Totus Christus, DEUS & Homo, Homo corpore & anima constans adscendit. E. Totus Christus, DEUS & Homo, Homo corpore & anima constans descendit.

Th. 17. Et sic satis etiam ex istis scripturæ locis vindicatus de sensus *totius Christi*. Huc jam accedunt testimonia idem dicentia,

Sym-

Symboli præprimis Apostolici, ex quo totum Christum descendisse ante Lutherus in Conc. suâ habitâ Torgæ eruit; Hæc enim Fjus ibi verba dignissima accurata perensione: sicut juxta Symbolum Apostolicum simpliciter credo in totam personam, absq; seclusione corporis ab anima (Germanice An die ganze Person / GOTT und Mensch mit Leib und Seele ungetheilet) ita etiam hic sequestrare non debo; *Symboli etiam Athanasiani*: Nam sicut anima rationalis & caro, unus est Homo, ita DEUS & Homo, unus est Christus. Qui passus est pro nostra salute, descendit ad inferos: Confessionis August. art. 3. Unus Christus vere Deus & vere Homo. IDEM descendit ad inferos. Adde testimonium Lutheri in Concione sua Torgensi. Testimonium etiam Augustini l. i. contra Feliianum. Totus Filius apud Patrem, totus in utero virginis, totus in cœlo, totus in terra, totus in cruce, totus in inferno: Si modo etiam, quod præcaveri debet, per infernum hic non sepulchrum, sed proprie dictum infernum intelligat. Qui alias distinguendo hic inter totum Christum, & totum Christi controversiam movere desiderant, illi cogitent ubi totus Christus existit, ibidem personaliter etiam existere totum Christi V. Eckhard. Tr. de Desc. Chr. ad inf. §. 138. & Hutter. in form. conc.

Th. 18. Reipiuntur autem ex datis fundamentis omnes contrarium sentientes. Pontificis Magister sententiar l. 3. dist. 23. Bellarm. l. 4. c. 12. de an. Christ. ubi contra Bezan. disputat; Calviniani, Zwinglius in explan. art. 57. de Desc. Chr. Aretius, Tigurini in Catechismo, quorum sententiam se non damnare ait Chamier. l. c. c. 3 n. 8. & qui in ea quoq; sententia communis Calvinianis fuit, Aepinus Pastor Hamburgensis in enarrat. Psal. LXIX. cuius contenta lege in Tractatu de desc. Christi ad inferos Dn. Avi' p. m. D. Cramer. Et quid multis? pleriq; ni omnes è Patribus hunc errorem grandem satis errarunt, Christum solâ animâ descendisse, quorum Catalogum magnum recitat D. Drejerus in scripto suo Apologetico: Erörterung dito. De Augustino tamen, nota, non idem omnino constare, de quo videatur Hutter. F. C. art. 9. qu. 3. B. Luthero nostro miror, quod Quidam audiant eundem errorem affricare, ex explicat. ejus in Psal. 16. Tom. 2. Witteb Lat. Concion. in Zachar. c. 9. Tom. 4. Jenens Germ. meminiſſe illi debebant concionis Torgæ habitæ in Arce An. 1533. ubi de tota Persona Chri. ~~bi~~ descensum hunc expresse asserit. Quicquid igitur ante sentit,

Sentit id, nondum edocitus satis, & plerumq; dubitative non definitivè, per phrases: *Läß ich in ihrer einfältigen Meinung / ut in Zachar.*
& *:donec meliora edocitus fuero: ad verba Petri in Act. 2.* Theologi nostri qui videri possent huic sententiae favere, facile excusantur. *Brentius* certe Homil. i. in c. 2. Actor. Tom. 7. videtur ibi de Descensu Christi Metaphorico loqui, non de proprio. De *Urbano Rhegio* verum est, plurima ille habet in Catechesi, de Symbolo Apost. dextre explicanda & cum grano salis accipienda. Et notandum scripsisse talia Eum, antequam aliud alii firmiter probassent. Nec error est ita docere, antequam quis edocitus ex scripturâ aliter est, sed ita docere, quando quis edocitus aliter jam ex scripturâ est. *D. Selneccerus* parte 2. *Pedag. de Desc. Christ.* indefinitè ibi scribit: *Placeat sane inquit: non definitive scribit, & vel sibi etiam hanc sententiam placere.* *D. Chitrenus* animâ descendisse Christum scribit, sed non sola in *Explic. artic. desc. Chr.* Plures nostrorum Theologorum in hanc sententiam citavit *Crocius*, contra quem scripsit *Dn. Affinis*, *D. Bottaccus* defensionem nuper editam *Lipsie An. 51.* Sed quos ex propriis dictis facile vindicare licet. Legatur interim quoad horum defensionem, *Defensio dicta contra Croc. Dn. D. Bottacci.*

Th. 19. Quæst. II. ad terminum *Quis: an Christus vivus in dictis scriptura locis descendisse putandus sit?* Sed solvitur Quæst. ex præcedente Quæstione. Si enim totus Christus descendit, corpore & anima, utiq; vivus etiam descendisse subintelligendus est. Præterea Interpres dicti *Hoseæ*, *Apostolus I. Cor. XV.* ad resurrectionem applicat nostram. At nos vivi erimus in resurrectione: vivus etiam Christus in sua resurrectione fuit. E. vivus Christus hic intelligendus. *Paulus ad Ephes.* eundem descendisse ait, qui adscendit, jam vivus adscendit E. & vivus descendit.

Th. 20. Quæst. III. ad terminum *Quis. An Christus solus intelligendus?* In dictis quidem scriptura locis, et si expresse non habetur particula solus, habetur tamen Vox Christi, eaq; sola. 2. ex loco ad *Epheseos*: Christus solus adscendit. E. & solus descendit. 3. Christus solus mediator est *I. Timoth. II. v. 5.* solus torcular calcarvit *Esa. LXIII.* E. & solus descendit, quia quod de toto mediacionis Christi actu intelligitur, intelligitur etiam merito de quavis specie actus. 4. *Ignatius Epist. 2. ad Trasillanum:* Χειρὸς ὁ κύριος οὐατῆλθεν εἰς ἄδην μόνον. Et nota quæstionem saltem esse de solitate

tate, ut ita loquar, operationis, non de solitatem præsentia. Nam stipatum fuisse Angelorum turma cum descenderet, probabile est. Scriptura tamen hic tacet, & hinc nos etiam tacemus. *Nicephorus* interim expresse meminuit præsentia Angelorum in hoc Christi defensu. *l. i. c. 31. Hist. Eccles.*

Th. 21. Nihil super est de termino *Quis operosè adhuc perstrandum: pergiumus itaq; ad terminum alterum, Quid: nempe ad ipsam descentus vocem.* Descensus est actio respiciens terminum supra & infra. Talem descensum procul dubio habent dicta Scripturæ duo Loca. *Kατὰ τὸ πῦρον* non habet quidem Locus Hoseæ, sed Locus tamen ad Ephes. Interim cum excisionem קְרֵבָה minetur in loco Hoseæ Christus inferno הַאֲנָשָׁן: Talis vero excisio aliter fieri non potuerit, quam per talem descensum, si vera quidem esse debuerat, ut ante probatum, luculenter per luculentam consequentiam etiam ex hoc dicto Descensus vox eruitur. Locus ad Ephes, ut dictum, clarior est, & expresse voces habet, κατεβη κατεσάς. Obiter tamen nota, cum terminorum ante *supra & infra* mentio sit injecta, nos non intelligere hic terminos definitos locis, nec eo sensu hic à nobis nominari, sed definitos saltem dignitate & indignite, maiestate & abjectione, &c.

Th. 22. Ad terminum hunc *Quid*, notamus iam i. Verum descendens h. e. realem, ex loco Hoseæ. quia excisio inferni, quæ ibi habetur non aliter fieri potuit, quam per realem talem descendens v. supra. Ex loco ad Ephes. quia Christi adscensus verus ibi intelligitur. E. & descendens Christi verus. Quod contra omnes illos est, qui tropologicum hic fingunt Descensum: per sepeliri, ut Calviniani quidam statuunt v. th. 32: per efficaciam & operationem mortis Christi. Zwinglio in Epist. & Bulling. in c. 2. Aet: per cruciatum & summos dolores pati, Junius in Animadv. cont. 2. quem tamen sibi ipsi non satis constare scribit D. Eckard. Tr. de D. C. c. 2. dum vel Bezam defendit sepulturam intelligentem, vel p. 181. descendens illum per abitum animas Christi in locum in visibilem reliquarum animarum, interpretatur, & deniq; p. 179. de summis cruciatibus exponit: per dormire τὸν anima ut Anabaptistæ hodie, præeunte illis Matthia Deuwayo, olim etiam Hæretici, Dormitioni dicti, ab aliis Psychopannichitæ, somniarunt V.Dn.

Avi

A. v. m. Dn Dan. Cramer. Tractatum supra' citatum part. 2. cap. xl.
confer, & Jacob. Martin. Problem. Disp. 2. qu. 4. centur. 1.

Th. 23. (2.) *essentialem & revera' praesentialem descensum* explicamus ex dicto ad Ephes. quia ut secundum essentiam & praesentiam Christus adscendit, sic & secundum essentiam & praesentiam descendit; (2.) expresse addit Paulus, *ut omnia adimpleret v. 10.* id est praesentia sua. Hic rejicimus *Virtualem* faltem *descensum*, quem sibi somniat Thomas 3 part. qu. 12. art. 2. & Durandus v. Chanier. Panstr. d. l. c. 3. n. 6. Qui tamen inter se adhuc dissident. Ille per realem praesentiam solum descendisse ad limbum Patrum asserit, per effectus autem ad omnia loca Inferni: Hic ad nulla loca descendisse Christum asserit per substantiam, ad omnia per effectus. Adde his Mirandulanum, Zwinglium, Bullingerum apud Brochman. Syst. Theol. de serv. Christ. sect. 14. qu. 4.

Th. 24. (3.) *Descensum spiritualem* intelligimus, secundum modum activitatis Spirituum: de quo modo activitatis Spirituum vide suisse satis disserentem Hinric. Nicolai in Michael. thes. 38. & Daniel. Clasen. in Theolog. Natural. praterito anno primum edita Marpurgi l. 2. c. 20. & 21. Eiusmodi actiones spirituales plures de Christo annotavit Scriptura, ut penetrare Januam & lapidem clausum; quod adscendit sursum, contra Naturam gravium, quod apparuit disparuit, que omnes concomitante quidem corpore Christi, sed non corporali & naturali modo factae sunt. V. Dn. D. Cramerus d. l. part. 1. c. 5. qu. 6. Descensus vero hinc spiritualis aperte colligitur ex loco ad Epheseos, ex simili actione Christi, cuius ibi sit mentio, nempe ascensione Christi. Haec enim actio Spiritualis fuit, non Naturalis, contra Naturam gravium. E. & Descensus actio talis Spiritualis fuit, nec Naturalis.

Th. 25. (4.) *Momentaneum etiam Descensum* jam inferimus ex Spirituali hoc, adeoq; $\alpha\chi\epsilon\gamma\omega\omega$. Facta enim est haec descensio in corpore Christi revivificato, in qua revificatione corpus acquisivit (ut & nos omnes in resurrectione nostra impetratur sumus) idem sane, sed spirituale: facta item ibi descensio est: ubi nec tempus, nec locus est: facta item ab illo, qui tunc non subiectus, fuit temporis & loci legibus: verba sunt non sine veneratione semper nominandi Axi mei, Dn. D. Daniel. Cramer, part. 1. c. 5. qv. 7. Ubi & insigne exemplum simile profert de Diabolo $\epsilon\pi\pi\mu\eta\chi\epsilon\gamma\omega\omega$, ut Lucas habet, omnia Mundi regna Christo ostendente,

dente, & addit; Hæc quidem lustratio & ostentatio facta est in tempore,
sed non cum tempore, seu cum temporis tractu, intervallo & morâ. Plenius
hæc omnia constabunt, si quo tempore initium descensus factum sit,
declaraverimus. Quicquid enim ab hoc tempore ad tempus plena-
riæ resurrectionis intercerit, erit dandum tractui temporis Christo de-
scendente. In hoc ergo omnes orthodoxi conveniunt, vide *Hutterum*
D. Brochm. D. Daniel. Cramerum, post sepulturam contigisse hunc de-
scensum, in primo resurrectionis momento: & quidem determinan-
tius loquitur *Hutterus*, dicitq; in illo magno terræ motu contigisse qui
summo manè ipso die resurrectionis evenit. Assertio hæc non caret
fundamentis. Nam constat (1.) ex loco *Hoseæ* & ad *Ephes.* Christum
vivum descendisse, ut antè probatum. Sed vivus utiq; primum in pri-
mo momento resurrectionis dicendus, ubi suparatâ morte, unio facta
iterum corporis & animæ in Christo. E. tunc factum discensum illum,
asserendum. (2.) triumphalis ille descensus esse debuit, ut jamjam vi-
debitur: Triumphi vero initium factum superatâ morte & resurrec-
tions initio: E. & descensus factus superatâ morte & resurrectionis initio:
ut bene hinc itaq; *Dn. D. Cramerus*, l. c. part. 1. c. 5. qv. 7. Ita
interjacet actus descensionis inter sepulturæ & resurrectionis actum interme-
dians, sic ut clausulam & finem faciat sepulturæ, initium autem resurrectionis.
Error ergo committitur à *P. Martire*, qui ut statim anima ē corpore
exiit, factum discensum affirmat; item à *Scholaisticis*, *Thomâ* 3. part. sum.
qv. 57. *Alexandro ab Ales* 3. part. sum. qv. 19. membr. 4. qui tam diu man-
sisse in inferno Christum dicunt, quam diu secundum corpus jacuit in
sepulchro. Nec laudabilis hinc evadit sententia *Athanasi* in libr. de Trin.
l. illorum qui Athanasii verbis defendendam eam cupiunt; nempe
Christum mediâ nocte excitatum hymnis celebrasse Deum i. e. mediâ
nocte Christum descendisse & mox per subsecutam resurrectionem
cum sole oriente redivivum orbi illuxisse. Quinq; itaq; horas & dimi-
diā insumpsisset Christus in descensu suo ad inferos, juxtâ suppata-
tionem, *Dn. Cramer.* part. 1. c. 5. qv. 7.

Th. 26. (5.) Illocalem etiam discensum inferimus, ex eo, quia Spi-
ritualis fuit. Huc faciunt verba prius citata à *Dn. D. Cramer* thes. pre-
ced. Hæc hic sufficiant.

Th. 27. (6.) Triumphalem hunc discensum etiam statuimus & ad
statum Christi exaltationis pertinentem cum *B. Luther* in concione ha-
bitâ Torgæ, & probamus ex loco *Hoseæ*, in quo carmen triumphale Christi
habet

habetur, per verba planè Majestatica & in persona gloriantis triumphantis propositum: quod ut per se clarum, ulteriori explicacione non indigeret. Collatio Pauli ad Ephes. quâ Christum descendenter & adscendenter confert, idem probat. De eodem enim Christo afferit Paulus descendisse de quo adscendisse. Si ergo is, qui adscendit, Christus triumphans fuit, utiq; & is, qui descendit, Christus triumphans fuit. Et hinc etiam specie magnificentissimâ Diabolum & infernum totum terrente, cruciante, Christum in descensu fuisse præditum Theologi quidam nostri affirmant, inter quos D. Joachim. Morlinus in explic. Psalm. 16. & Salomon. Gesnerus in Ps. 19. Peccant ergo, qui descensum hunc exinanitorum faciunt & ad statum Christi exinanitionis referunt, ut Georg. Sohnius Tom. 2. art. 3. de Person. Chr. Chamer. etiam l. c. cap. 1. in initio, dum in loco passionis Christi acerrimam controversiam hanc de Descens. Chr. esse afferit. D. Johan. Aepinus, qui Hamburgi docuit, in explic. Ps. 68. An. 1553. Frankfurt. editâ, & Flacius Illyr. in clav. Scriptur. tit. inferni. Sunt qui intermedium partim exaltatorum partim exinanitorum perhibent, ut Dietericus in Cateches. de offic. Chr. & statu Exinan. qv. 7. Sed huic sententiæ dudum satisfecit Dominus Ayus p. m. D. Cramerus, qui videatur part. 1. c. 4. qv. 6.

Th. 28. Terminus tertius simplex, Quò, quorū sum exponendus restat. Hic in loco Hoseæ notatur per Ἡλώς, tam in Versus initio, quam in fine: In' loco ad Ephesios, per τὰ κατώπιγα μέρη τῆς γῆς. Vox Ἡλώς triplicem potissimum in scripturis habet significationem 1. si gnificat mortem ipsam, sepulchrum, (συνεχόμενα mortis inquit D. Cramer. part. 1. c. 1.) Psalm. LXXXIX. 49. Genes. XXXVI 35. Psal. XCIV. 17. 1. Reg. II. 6. & 9. &c. (2.) dolores varios, varias tentationes corporis & animi, ηγεμονία mortis, I. Samuel. II. 6. Psal. XIX. 6. Psal. LXXXVI. 13. Psalm. CXVI. 3. Daniel. III. 88. (3.) Infernum ipsum ēμπρον mortis & mortis quidem impiorum. Job. VII. 9. Psalm. XXXI. 18. Prov. XXVII. 20. & c. XXX. 16. Esa. XIV. 12. 15. Vide ubertim de hoc vocabulo Ἡλώς tractantem, D. Eckard. Tr. de Desc. Chr. ad Inf. c. 1 Gerhard. L. c. de morte §. 178. Tom. 8. & de Iusern. Tom. 9 §. 4. è Jesuitis, Delrio in Adagius S. è Calvinianis Hugonem Sanford. Tr. de Chr. desc. ad inf. & alios, quos Vir magni nominis, Dn. D. Dorscheus, in Theol. Zachar. part. 1. c. 7. §. 106. citavit. Addit. & Crellium in promptuar. Bibl. tit. Hölle & Johann. Michael. Dilherrum Eclog. sacr. dict. 3. à pag. 117. usq. 134.

Th. 29. Quæ-

Th. 29. Quænam significatio ex tribus his, vel aliis etiam quas habent alii, locum jam obtineat in Hoseâ, disquiritur. Ego ultimam & tertiam ex tribus his arripiò, mecumq; omnes orthodoxi Theologi. Hanc etiam ex sensu verborum probo. Nam certè Locus ἐπινίον Christi continet, quale quidem non decantatum in summis cruciati-bus à Christo, quando ejulare potius debuit, quam cantare, ut ex Sudore ejus sanguineo in horto Gethsemanæ luculenter colligitur. Ergo (1.) non obtineri hic poterit significatio vocis ΛΑΙΨ per cruciatum, dolo-res notata: ut quidem Emanuel Sa in hoc cap. Hoseæ XIII. vocem ΛΑΙΨ explicat. Deinde & mortis & inferni Prophetæ meminit seorsim, quod si negetur, ταῦτα πάσα concedi cogitur in verbis Prophetæ. Ergo neq; (2.) pro morte ac sepulchro apud Prophetam Vox ΛΑΙΨ accipitur. Re-manet ergo sola tertia significatio, quæ genuina hujus loci & propria-: quam & citatio hujus dicti Prophetici in Apostoli Pauli Epistolâ I. Cor. XV. 54. facta comprobat. Supponit enim ibi Apostolus pro voce He-bræ ΛΑΙΨ vocem Græcam ἄδης. Quæ vox quando propriè sumitur non nisi inferos, ipsum infernum significat, v. Fr. Junium in animad-vers. contr. 2. p. 159. Tartarum & Orcum apud Poetas, quo à Charon- te se vehi mortuos omnes putabant v. Dn. Dilher. Eclog. sacr. dict. 3. p. 141. Componitur ex α privativo & ἀδεῖν Aorist. 2. verbi ἄδη, video. V. Scapulam in hac dict. Significat ergo propriè talem locum, qui videri non potest, locum tenebricosum, sine luce domum, ut Vergil. cecinuit Cl. Joban. Gerhard. Voßius Idol. l. 2. c. 60. inquit: ἄδης dicitur nominatus τῷ οὐρανῷ τῷ αἰεὶ δὲ h. e. inconficabile. Postea subjungit: Non tamen hac controversia carent: præsertim quod de ἄδη etymo dicebamus: et si vulgo ita ferri apud Platonem legimus in Cratilo. Multis enim partibus verissimi-lius censeo, vocari ἄδης ab אָדָם Terra. Confer Idol. l. 1. c. 35. & c. 38. De Etymo hoc Job. Gerhard. Voßii quicquid sit, derivata tamen inter-dum novimus plane diversum ab etymo significare; Gemina tunc & propria vocis acceptio apud probatos authores inquiritur. Et si vel ma-xime ex hoc etymo Voßii concluderetur, terrenum quid significare, vocem ἄδην, non tamen statim sepulchrum aut mortem significare dicendum: posset aliquod infimum notare, aut inferiores partes terræ, quæ Apostolo dicuntur ad Ephesios. Hæc vero τὰ κατώπερα μέγν. τὸ γῆς nihil aliud sunt, quam proprie dictus infernus.

C 2

Th. 30. Et

Th. 30. Et sic secundo loco, terminum Quod etiam ex Epistolâ Pauli ad Ephes. explico per verba: τὰ κατώπερα μέρη τῆς γῆς. His verbis, infernus proprius notatur: quod vox κατώπερα præprimis probat. Vide thes. 9.

Th. 31. Accedit *Symbolum Apostolicum*: quod vocem habet, *Infernus*. Per hanc non sepulchrum notari, non cruciatu, non mortem, præter otiosâ *ταῦτα λογίας* & *ὑστερεωνίας* (quam præprimis ex mente Adversariorum egregie evicit, D. Eckard. Tr. de Descr. Chr. ad Inf. c. 4. §. 71. & 87.) vitandæ rationem, etiam id prohibet quod inter sepulturam Christi & resurrectionem, medius ponatur descensus Christi ad infernos: ut idem etiam factum in *Augustinianâ Confess.* art. 3. Accedat reliquus Antiquitatis consensus. V. Ignatius, in *Epist. ad Trallian.* Athanas. in *fid. confess.* & orat. s. de *incarn.* Chrysost. homil. 45. in *Genes.* & alii qui omnes unâ cum Symbolis dictis & datis scripturæ locis unanimiter, infernum propriè dictum designant.

Th. 32. Rejicimus ergo quoad hunc term. simplicem quod, omnes cum interpretationibus à nostrâ & in Scripturâ fundataâ dissonis (1.) qui cruciatu Christi in agone vel passione suâ factos interpretantur hic per infernum ut Calviniani, ipse *Calvinus* l. 2. *Instit.* c. 16. §. 11. *Franciscus Junius*, *Ursinus* in *Catechesi explicat.* c. 44. *Bucanus* in *Instit. loc.* 25. *Keckerman* in *Systhemat. Theolog.* *Heidelbergensis* in *Catechismo* qv. 44. quæ sententia ipsi etiam D. Joh. Crocio admodum probabilis est. V. Dn. D. *Botsacci* defensionem contrâ *Croc.* *Argum.* 18. p. 400. (2.) qui pœnas plane & sensum iræ diuinæ exponunt, ut *Chamier Panstrat.* Tom. 2. l. 5. p. 75. *Calvinus* l. c. §. 10. (3.) qui sepulchrum exponunt, è *Pontificiis Emanuel Sa* in *Hof.* c. 13. è *Calvinianis Beza* in c. II. 27. *Autor.* & in defensione contrâ *Castellionem* vol. 1. fol. 461. *Piscator* in *Scholiis super c. 2. Autor.* & *Fegyvernekinus* in *Enchirid.* p. 132. *Buzerus* in *Matth. XXVI.* & *Psal. XVI.* Quæ opinio à fratribus tamen horum, etiam *Calvinianis* refutatur, à *Gviliel. Bucano* in *Instit. Benedict.* *Aretio* part. 1. prob. p. 144. *Ursino* in *Catechismo*, *Joh Calvino* in *Inst. i. 2. c. 15. sect.* 8. *Georg. Sohnio* Tom. 2. (4.) qui terram, s. hanc vitæ nostræ conditio nem aut mundum, aut uterum Mariæ exponunt, quales suprà citati, th. 9. Accedit huic sententiae subscribens è *Pontific. Thomas de Vio*, cuius verba citata lege apud *Chamier* l. c. c. 6. §. 5. (5.) ipsos mortuos explicant *Bullingerus*, qui certè propriam videtur sententiam fovere, per Christum nempè intelligendum meritum Christi, per infernos mortuos, per de-

scen-

Scensum applicationem meriti Christi ad mortuos. De quo V. Dn. D. Dan. Cramer. l. c. p. 2. c. 6. (6.) totum humiliationis statum. Söhnius Sacramentarius Tom. 2. oper. art. 3. de Pers. & Off. Christi, aut extremum ejus gradum, Bucan. Inst. l. 25. Expos. 5. Piscat. in Schol. cap. 4. ad Ephes. (7.) Sinum Abraham, P. Martyr. L. c. Class. 3. loc. 16. §. 8. 9. ubi anxiè postmodum disputat, quomodo Christus descendisse dicatur, cum potius ascendisse ob sinum Abraham dicendus sit. ib (8.) Limbum Patrum Bellarm. l. 4. de an. Chr. c. 11. Thomas 3. dist. 23. quam sententiam Scholastici & Pontificii hauserunt ex Poëtarum fabulis, statuentes quatuor loca inferni, infimum locum, ipsum infernum, sedem damnatorum: super hunc, limbum Infantum: superiorem hoc Purgatorium: supremum limbum Patrum. V. Hutter. in Formul. Conc. art. 9. qv. 4. ex Scholast. Bonaventuram l. 4. sentent. dist. 45. n. 12. 15. Durandum l. 3. dist. 22. qv. 4. Ratio universæ refectionis ex prioribus constat. Cui non sufficiunt dicta, videat D. Eckhard. Tr. de Desc. Chr. ad Inf. has sententias omnes specialiter refut. c. 4. Et Dn. D. Varenium Diss. de Desc. Christ. ad Infer. ad locum Ephes. c. 4.

Th. 33. Ultima expendenda hic Quæstio, quinam ergo Locus sit Infernus, si quidem verus hic intelligendus, an corporeus aliquis? Talem sanc volunt Pontificii. Vide ex omnibus unum Bellar. l. c. c. 10. qui eum etiam in centro medio terræ constituit: Polydorus Virgilius l. 6. c 9. de rerum inventor. ad Aethnam montem situm infernum ex Vulgi constante opinione refert. Nos cum Huttero in F. C. art. 9. w̄s statuimus spirituale, extra universum, illocale prorsus, incorporeum sylphema, quale quidem Spirituum Naturæ comperit. v Henric. Nicolai. in Michael. th. 49. & Clas. Theol. Natur. l. 2. c. 22. Suffragatur Augustinus l. 12. de Genes. ad Litt. c. 33 Est prorsus infernus Substantia, sed eum spirituale esse asbiror, non corporalem Instare tamen posset aliquis ex dicto l. ad Ephes. c. 4. Infernum esse in loco subterraneo, quia expresse Apostolus inferiorum partium terra, ibi meminit. Resp. sicut ex ὑπερέγενον πάντων ἐγενόντων apud Apoſt l. c. non sequitur locus supra cælestis; ita nec ex οὐκτωτικῶν τῆς γῆς, sequitur Locus subterraneus: sed ut ibi notatur exaltationis & gloriae sublimitas: ita hic depressionis & abjectio- nis à facie Dei vilitas: neq; illud ὑπερέγενον & οὐκτων hic Physicè vel Geometricè: sed Theologicè de superioritate non locali: sed gloriosa est

explicandum. Verba sunt Excellentiss. Viri, Dn. D. Varenii Praeceptor,
vener. in Discurs. de Descens. Chr. ad Inf. ad locum ex Ephes. c. 4.

Th. 34 Haec tenus de terminis simplicibus actum, de quibus ve-
ro egisse non sufficit, de ipso potius descensu Christi ad inferos in
terminis compositis agere convenit, & jam agere restat. Conjungimus
hic ergo i. terminum descensus & inferni. Ex quibus conjunctis ori-
tur sensus partim verus, in hac quaestione genuinus, partim falsus
& non genuinus. Falsus (1.) sensus est, pati, cruciatus fentire, dolores (α) remedibiles, quales impiorum v. thes. 3. (β) irremedibiles, quales impiorum, vid. th. d. confer. th. 22. & 31. Falsus (2.) animam
dormivisse in sepulchro. v. th. 22. Falsus (3.) corporeo modo descen-
dere ad corporeum locum v. thes. 24. 33. (4.) virtualiter saltem de-
fendere ad inferos v. th. 23. (5.) humiliari v. th. 27. & 32. (6.) per lon-
gam temporis moram iter ad inferos instituisse v. thes. 25. (7.) loca-
liter, circumscriptive à loco physico supremo in alium infimum mo-
rum fuisse v. th. 26. 33. (8.) mori (α) damnate (β) beate v. th. 3 (9.)
sinum Abrahæ invisere v. th. 32. (10.) Limbum Patrum invisere v. th. 32.
Verus & genuinus sensus è contrario; vere, spirituali modo, supstantia-
liter & praesentialiter, triumphanter, momentaneo, adire, penetrare
verum sistheinas. ubi, πάθεια Diaboli & omnium infernalium turbarum.
Hæc abunde cœnia ex prioribus constant, nec ulteriori probatione
indigent. Sufficit hic terminos simplices ante satis expositos inve-
ro sensu conjugere & componere.

Th. 35. Ulterius conjungimus jam omnes tres terminos sim-
plices, Christum, descensum & inferos. Ex horum compositione
falsus est sensus in hoc loco (1.) Christum DEUM solum descendisse
ad inferos (2.) Christum solum Hominem descendisse ad inferos. (3.)
Christum DEUM & hominem descendisse ad inferos, sed quoad
partem hominis unam saltem vel corpus, anima relicta in caelo: vel
(4.) animam, relicto corpore in sepulchro. De his significationibus
hoc loco heterogeneis, v. thes. 15. (5.) Christum stipatum adjutori-
bus aliis descendisse, penetrasse, ut ante dictum, πάθεια extramunda-
num, spirituale, sedem Diaboli & omnium inferorum. v. thes. 20.
Verus est sensus Christum totum θεάνθρωπον quoad corpus & animam
adeoque vivum, solum, essentiale ad illud spirituale πάθεια Diaboli ve-
re permeasse, s. descendisse.

Th. 36. Hæc

Th. 36. Hæc integra tractatio prior Quæstionis nostræ de terminis simplicibus & compositis fuit, continens in se verum sensum hujus Quæstionis. Sequitur posterior jam de usu s. fructu descensus Christi ad inferos. Neque enim descensus ille fructu suo caruit. DEUS namq; nihil frustra agit, Anastasius Sinaita l.s. Hexeam. t. 1. Biblioth. Parr. Fructum vero illum (terminum quare etiam appellare possumus) consideramus I. generaliter respectu omnium hominum in mundo. His enim omnibus ut totum mediatorum Christi officium prodesse debuit ita & specialis hic actus mediatorius, Christi descensus ad inferos. Praefuit. v. ut (1.) confidere omnes discamus in Christo Domino nostro potente, qui omnibus est superior atq; in medio inimicorum nostrorum dominatur. Philipp. II. II. Psal. CX. 2. (2.) revereri Eum, gratiasq; ei agere I. Corinth. XV. 55. (3.) ut omnes etiam aliquando in resurrectione nostra illudere possimus Diabolum, mortem & infernum, dicentes: πάς οὐθάνα τὸ κέντεν, πάς σὺ ἀδη τὸ νίκον; Ose. XIII. I. Cor XV. 54.

Th. 37. II. Specialiter fructum descensus hujus consideramus, & secundum priores quidem duos datos terminos, terminum *Quis* & *Quo* s. *quorū*. (1.) respectu termini *Quis* qui Christum notat. Hic sui causa descendit ad inferos (1.) ut prædicaretur a mortalibus ob bonitatem suam, quod non dignatus fuerit illum etiam locum visitare, in quem præcipitandi nos miseri eramus. (2.) ut hoc ipso dominum capesseret, essentialiter etiam & substantialiter, qui hactenus per mortem suam saltem virtualiter apud inferos id possederat, quod ante ex dicto ad Ephes. 4. probavimus, & hic etiam ex loco ad Phillipenses II. v. 10. ἵνα εὐ τῷ ἐνόματι ιησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπτρεποντες καὶ ἐπιγέων καὶ γατεχθονίαν. Graece γατεχθονίαν est, i. e. subterraneorum, ipse Bellarminus interpretatur l. 4. de Chr. c. 13 In eo a. falsus est, quod infernum putet locum esse aliquem corporeum in medio terræ situm, & ita ab Apostolo subterraneum dici v. thes. 33. (3.) ut omnia adimpleret, ἵνα τολησών τὸ τάντον Ephes. IV. 10. Universalitatem adimpletionis vult vox τάντον. Adeoq; adimplerio ista ad suprema, media & infera se extendere debuit, qui sensus verus hujus dicti. Adimpletio hic intelligitur potentia, atqui adeo omnipotentia Christi. Qui dictum de impletione scripture universæ intelligunt, errant, ut Thomas de vio, Lyramus, Aquinas, Anselmus,

Pri-

Primasius, Sedulius à Chamiero citati Panstr. Tom. 2. l. 5. c. 6. item, quæ per vocabulum *τριάντα* Ecclesiam totam inepte interpretantur, quam implere Christus ibi Spiritus S. donis sit pollicitus, *Glossa interliniaris*, *Thomas Aquinas*, *Anselmus citati ib.* Instat idem Chamier, levi instantiuncula quādam, quo jure τε *τριάντα* reducamus ad tres tantum partes, suprema, media, infima? Resp. eo jure, quo Apostolus ad Philipenses II. 10. vocem τριῶν ad tres tantum partes omnium refert. Anne vero etiam sufficit tres has partes omnium nominare, cum præter tres has nulla dabitur alia, quæ ad harum unam non referri possit?

Th. 38. Respectu termini Quo, fructum Descensus Christi ad infer. consideramus i respectu Diaboli, ad quem Christus descendit (1.) Ut illuderetur, qui triumphum ante & quidem ante victoriam de Christo crncifixo & mortuo canere visus erat: descendit vero præfentialiter etiam & essentialiter, ut præsenter jam & essentialiter à Christo etiam illuderetur, qui ante virtualiter saltem, per cruciatum & summos dolores Christi illusus fuerat. Nam patiendo illusus Diabolum Christus pro nobis satis faciendo, atq; adeò nos ex ipsius fauibus liberando & ejus potestate eximendo: descendendo v. Diabolum illusus Christus, vincendo plane eum & potentiam ejus destruendo, ne modo raptos crudeliter in fauces suas non retineret, sed etiam erectos semel è fauibus suos per sanguinem Christi, non rufus rapere auderet, aut posset. (2.) Ut Diabolo ejusq; potentia destruta, tanquam causa vera & prima damnationis, ipsa etiam damnatio tolleretur, utpote verus effectus verissimæ causæ suæ Diaboli, atq; adeo mors & infernus, Pæna & locus damnationis etiam destrueretur.

Th. 39. Respectu impiorum. Horum gratia forte descendit, ut quem respuiscent, in quem temere non credidissent, animadverterent verè fuisse, esse, & futurum, & cum ante in nomine ejus non flexerint genua, id est, venerati sint, Dominum cœli & terræ non agnoverint, jam genua coram eo præsente etiam flectant, Dominum cœli & terræ agnoscant, & venerentur. Venerentur dico, si non in voluntate & volenter (qualis forte non datur in inferno veneratio ex Esa. XXXIX. 18.) tamen in intellectu & intellectualiter, quia converti erunt in conscientia, hunc esse illum, qui jure merito venerandus sit ab omnibus; imo timebunt utiq; ipsum, qui timor certe ta-

cita

cita aliqua veneratio erit, si non voluntatis, ut dictum tamen intellectus, cognoscentis vere DEUM hunc summum, Domitorem orbis & Orci. Lege sis hic de morsu Conscientiae in damnatis, se se haud injuste abjectos esse, Dn M Cramer, Parentis loco merito venerandi, Ecclesiast. Christ. c. 44. p. 649.

Th. 40. Arque sic totus verissimus usus & fructus descensus Christi ad inferos etiam expensis, breviter falsus pariter expendens restat. Falsum substituunt fructum (1.) respectu termini *Quis*, (1.) qui descendisse Christum ad inferos ajunt, ut novos ibi cruciatus sustineret, qui error Aepini fuit, item Flacii in Clav. Script. tit. *Infernus Cusani Cardinalis in sermone super vero Hebr. IX.* qui per Spiritum S. semetipsum obtulit, contra quem disputavit Jacobus Faber Stapulensis, contrariumq; argumentis optimis propugnavit, quæ vide annotata apud Dn. D. Cramer. tr. de Descr. Chr. part. 2. c. 3. Africant quidam hanc opinionem, nostro B. Luthero in Act. c. 2. Sufficit vero ad hujus viri defensionem notasse, quæ superius in re non dissimili diximus: thes. 18. Pluribus defendit eum Dn. Avus p. m. D. Dan. Cramerus l. 6 part. 2. c. 4. In genere huic sententiae opponimus Πτινιον Christi verbis Hoseæ contentum. Illud gloriabundum est, parchesiasticum, exaltati, lætantis, triumphantis, non dolentis, aut cruciatus perpetientis, ut ante probatum thes. 27. Confer Theologos nostros, Dn. D. Cramerum d. l. D. Huster. d. l. Dn. D. Dorscheum in Theolog. Zaihar part. 1. pag. 191. Idem probat Locus ad Ephes. IV. ἀνὴρ ἐστὶ αὐτὸς qui δεκατεῖ δicit Apostolus. Jam nullus cruciatus, dolores sentiens Christus adscendit. E. & nullus cruciatus, dolores sentiens Christus descendit. Quæ Adversarii interim ad probationem sue sententiae adferunt, videantur suis locis, non enim hic omnia referre brevitaris studium permittit, quæ tamen dicta illa duo Classica in hac rangunt illa in expensa & non per pensa relinquere fas non est. Flacius certe l. c. ex dicto Ephes. 4. pro sua sententia concludit: Paulum ibi dicit, gloriose adscensioni opponere descensionem ad infimas partes Terræ, seu gloriam adscensionis cum ignominia descensionis per antithesin, conferre. Resp. Opponere d. l. Apostolum primo simpliciter ad scensionem descensioni, non cum addito ad scensionem gloriosam descensi ignominioso; secundo opponere ad scensionem descensi relate saltem, non contrarie. Tertio: Fallaciam consequentis com-

mittere Flacium. Insto enim: Adscensio Christi gloria fuit, E. descensio Christi ad judicium extremum (Matth. XXV. Act. X. 42. I. Thes. IV. 16.) erit ignominiosa, Falsam Consequentiam Flacii esse probat hoc absurdum.

Th. 41. (2.) *Respectu termini* Quo etiam plurimi falsum fructum substituant (1.) qui per inferos Patrum sanctorum animas intelligunt & ad eas descendens Christi referunt, ex Calvin. Oecolampad. qui improbat simul tamen limbum Patrum, Tigurini in *Catechismo*, quos videtur Chamier explicare velle c. l. p. 75. Ex Pontificiis illi, qui superius limbum Patrum defenderunt. At quia ille limbus ex fragmentis Poetarum conflatus constat, se ipsum idem refutat: nullitatem ejus tamen pluribus probantem ex ipso Alfonso à Castro quatuor potissimum argumentis lege Viri merito venerandi, Praeceptoris colendi D. Dorschei *Theol. Zachar. part. I. c. 5. §. 74.* Sunt & Patres quidam in hac sententiâ. Ireneus l. 3. c. 21. Tertull. l. de anim. c. 55. ad Patriarch. & Prophetas, ut eos inde deduceret, descendisse Christum asserunt, quemadmodum & Epiphan. *Hæres. 69.* sensit. ad animam. Adæ descendisse, peculiariter sensit Macar, *Homil. 12.* At & apud illos errare humanum fuit, & dijudicat illos pariter ut alios Spiritus S. supremus Judex (v. th. 2.) Hic piorum animas non in inferno dicit, sed in manu DEI, Sapient. III. I. Luc. XXIII. 46. in sinu Abrahæ. Luc. XVI. 23. in Paradiso Luc. XXIII. 43. Qui descendisse Christum statuant, ut pii salutem annunciat, magno numero etiam Patres reperiuntur, ex quibus, vide priores dictos: Adde Justin. in *Dial. cum Triphone*, descendisse Christum asserentem, ut ovem perditam quæret; Sed hi omnes dijudicandi relinquuntur S. S. (2.) qui ut humiliaetur penitus ad locum infimum descendisse Christum, asserunt, ut Epiphan., v. D. Cramer p. 2. p. 277. confer thesin 27. (3.) qui descendisse affirmant ad infernum, ut ibi corpus & animam relinquenter, sola divinitate adscenderet, ut somniarunt Chrysolytae. qui ob idem nomen, & rationem, quod ita Christi Naturas solvant, exploduntur. (4.) ut pii resurgerent, quorum mentio apud Matth. 27. fit. Quæ Patrum dictorum ex parte mens videtur, præterea Chrysostomus in Symbol. sed locus Matthæi non de Fructu descensionis sed mortis Christi ibi luculenter agere deprehenditur (5.) ut Diabolo & omnibus inferis pænitentiam concionaretur. Liberatores dicti Hæretici

fetici id voluerunt, Clemens item Alexander. l. 6. Strom. Augst. l. 12 de Genes. ad Litt. c. 34. Euseb. l. 4. demonstr. c. 12. Et huc spectant, qui fabulam de Platone ex Inferis à Christo liberato narrant, quam fabulam ut traditionem in historiis Patrum circum ferri scribit Nicetas ad secundam orat. Gregor. Nazianzeni, de Pascha. Quos fabulatores omnes unicum hoc refutat: ex Inferno nulla redemptio Job. VII. 9. Deinde, ex Hoseā excisionem Diabolo & omnibus inferis minari, & liberationem promittere, aut pænitentiam annunciare, contraria, plane sunt, quorum unum saltum verum sit, necesse est.

Th. 42. Et hi ergo omnes etiam heterogenei fructus Descensus Christi ad Inferos, in quibus subsistimus: ex omnibus saltem hactenus dictis per totam Tractationem hujus Quæstionis, coronidis loco talen definitionem Descensus Christi ad inferos extruentes. *Descensus Christi ad Inferos est Actio* (v. th. 21.) *Spiritualis* (v. th. 24.) *quatorus Christus* (v. th. 15.) *post sepulturam primo resurrectionis momento* (v. th. 25.) *vivus* (v. th. 19.) *momentaneo modo* (v. th. 25.) *nec solum merito suo*, sed *substantiali presentia* (v. th. 23.) *migravit ad Diaboli & omnium inferorum sedem, id est, verum infernum* (v. th. 26.) *nostri* (v. th. 39.) *sui* (v. th. 37.) *omnium, inferorum gratia* (v. th. 38. 39.) *ut confidere magis in eo servatore & Liberatore possumus, ille vero etiam potentem se & potentiorum ipso Diabolo & inferno monstraret gloriosum & triumphantem victorem & inde magis ac magis ab omnibus honorandum, prædicandum, venerandum.*

**GLORIA DEO PATRI, FILIO,
ET SPIRITU S.
AMEN!**

Eximio

Eximio Dn. RESPONDENTI,

Familiae Cramerianæ, mihi conjunctissimæ, insitio præst incissimo,

s. p. p.

Quomodo Christus ad infernum descendit olim,
Ille triumphator maximus, ille potens,
Et serpentini capitis Contritor amandus
Serpentem in nido viserit ipse suo,
Monstratis membris vi et ricibus atq; verendis,
Horrendas tenebras terrueritq; simul:
Præclaré, FIGKI, meditatus es atq; probasti:
Propositum laudo, depositumq; cano.
Pulchra placent istæc vestigia, euntia sursum!
Adscendas! pulcher terminus ecce datur!

Amoris causa ser.

Joh. Georg. Dorscheus,

Argentoratensis, D.

Ad Eximum & Doctissimum Juvenem.

DN. BENEDICTUM FIGKE

Dantiscanum, Amicum singulariter
dilectum;

De

**CHRISTO AD INFEROS DESCENDENTE
RESPONDENTEM.**

Miror, Tartaream, FIGKI, descendis abyssum:
Nec tibi terribilis Dis stygius uenexè

Sed

Sed bene habet: praeit CHRISTUS, turbator A-
verni:

Hic nullum, CHRISTO vindice, pendus habes.

Haut opus, haut laborest superas evadere ad auras

Disrumpente stygis Tartara nigra Deo.

Tu vestiga primo IESUM, Duemq; subactum

Tartareos planctus, armaq; fracta stygis.

Cerne catenatos, inferni cerne, triumphos

Signa triumfantis CHRISTUS in ore gerit.

Trosramo: Duce tu CHRISTO descende, redibis

Victor, nil Satanae pallida jura nocent.

Gratulor has palmas: his stet Victoria signis!

Perge, tua PATRIÆ nobile fidus eris.

Honori & amori

L. M. Q.

Augustus Varenius, SS. Th. D.

Hebraicorum & Catech. Christ. Prof.

Ord. Collegii Phil. h. i. Decanus.

Ad Eximiè Doctum

DN. BENEDICTUM FIGKUM,

Amicum Honoratissimum,

Convidorem suavissimum.

A Ut deferendus est, VIR O, durus labor,

Aut appetendum obscuritatis dedecus.

Non est enim generosioris sanguinis,

Non est probi, iam vovere gloriam.

Per otium Cœlo inseri qui postulat,

Ventos volucres captat, ac sumum vagum.

Manu.

Manum movebit cum Minerva, qui sapit.
FIGKI, Novem silūm decus, flos Patriæ,
Mens hæc Tibi, probè recordor adfuit,
Te ut vena BOT S ACCI Celebrati, satis
Felicitè, formavit; & Te legibus
Finxit suis: ad summa calcar addidit
Perenne, CRAMERI, cui Famæ decus;
Pro me loquetur affatim Mons-Regius,
Ut expediveris Vacunæ Te dolis.
Melioribus curis, & hic operatus es.
QUISTOR PIUS, Rhodanticæ fidus Scholæ,
Verbis fidem faciet meis, Tuq; hoc (bonum
Factum!) tuo facto optimo macte hoc modo,
Edulceret omnem opima spes molestiam.
Næ! crede, Phœbus Tibi laborum præmium;
Vidente Molmo, & invidente, conferet.

Boni omnis causa cum voto
felicitatis ser.

M. Gregorius Michaël.

A onidum, FIGKI, studio quo Castra sequaris,
Gratiaq; quam Victrix sit Tibi Palma, patet.
Ceu Miles, cui lata places victoria, nunquam
Difficilem pugnam crebraq; tela fugit:
Sic Te non latitare sinis, densissima quaq;
Agmina sectari, Mens studioſa iubet.
Sic claro junctum Generici cui copula fecit
Affinem, Virtus Te similemq; facies

Ita Amicorum optimorum optime
I. mq; applaudebat.

Constantinus Pahl, Popular.


coſ(ο)go



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740004271/phys_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740004271/phys_0035)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740004271/phys_0036](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740004271/phys_0036)

DFG



inferno, scilicet de ἐπινίκιοι ag-
infernī meminit יהוָה: qua-
num intelligere, sed vel per se
præcesserat, est turpis & otio-
gēre. V. D: Hutter. F. c. l. c.
Subiectum quod, in quo loco
Propheta explicat: primum
excisionis inferni, ר שָׁאָל
præsentialem Christi intelligi-
saltēm quandam per effectus
causam realem veram, præsen-
tē Christi, per descensum ejus
mortis veræ realis & per præ-
Apostolus: alterum subjectu-
nem inferno minatur, per quā
ante probatum est. 2. idem
ἐπινίκιοι, quale hic à Proph-
etis, non in cruce, morte, sepul-
fundissima durabat infirmitas
triumphale canere de Christo
inferno. Decantatum ergo ne-
do vero? nisi in descensu illo?

TH. 8. Nec obstat nobis
ἐπινίκιοι tale in nostrā resur-
ā φθαρτιῶ &c. implendum
Nam insidem verbis hoc ἐπι-
nīkion apparēt: saltēm quod ve-
quæ in Hosea non interrogatis
Glaſiū p̄ ilol. sacr. l. s. trāct. i.
Interpr. & ex diverso signi-
fīcione futūrum accipitur, inter-
fer verbis apud Apostolum
est ἐπινίκιοι, Hoseas vero
in Persona suā & de Personā
non in aut de aliquā Personā ha-

1. quia exp̄essē Propheta
e per propriē dictum infer-
t mortem, quia mortis vox
et vitium Spiritui S. impin-
yo quo, per vocem יהוָה &
triumphatus sit Christus,
ē subj. quo, quia exp̄essē
t. Ubi excisionem veram
: non metaphoricam aut
præsentes, sed maxime per
impē per ipsam præsentiam
em. Nam & perditionis
isti factæ meminit ibident
eta ibi notat, qui a excisio-
nē inferni intelligi
atione. Nam certe talē
, non in statu Exinanitio-
cantatum, quia tunc pro-
bolus, scilicet Infernus carmen
am Christus de Diabolo, scilicet
nus post sepulturam, quan-
os.

Corinth. XV. §4. 55. qui
n̄ Φθαρτοὶ τέτοι εὐδύνητοι
descensu Christi ad inferos.
desumptum apud Aposto-
lū ibi posita reperiantur,
iuntur. Id factum assert
eris 147. ex versione LXX
N̄ qvod interdum, ut ver-
biūt loci. Si ergo iisdem
is apud Hoseam proposi-
tū intelligi velit, cum Deus
ibidem per Prophetam,
contextu patet, & poste

098

A

C

B

A

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

OO

PP

RR

TT

UU

VV

WW

</div